

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius ... Ad
Exequias, Quas Viro ... Dn. Hieronymo Koch/ I.U.D. & Advocato Iudicii
Provincialis Vidua Moestissima ... parat Omnes omnium ordinum Cives
Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77157049X>

Druck Freier  Zugang



Mauritius, C.,

in H. Koch.

R. 1657/a

PROGRAMMA
Quo
RECTOR UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS
CASPARUS MAVRITIUS,
SS. Theol. D. P. P. & Superint.

Ad Exequias,

24.

Quas
Kiro Consultissimo & Clarissimo

DANIEL HIERONYMO
Roch/

J. U. D. & Advocato Judicij Provincialis

VIDUA MOESTISSIMA

Ad horam primam in templo Mariano parat

**Omnes omnium ordinum Cives Academi-
cos officiosè & per amanter invitat.**

• 6 (0) 9 •
•

**ROSTOCHII, Typis Heredum NICOLAI KILII
Acad. Typogr. Anno 1657.**

Enqvod habes, ut nemo accipiat corona-
nam tuam. Generosa hec & emphatica Ser-
vatoris vox de tribus nos admonet. Primum
est corona. Non est dubium, qvin ad Greco-
rum & Romanorum usitatas coronas respexe-
rit Servator. Apud Grecos in stadio currebant
duo pluresve stadiodromi ad metam: spa-
tium erat sexcentorum pedum, qvantum Hercules uno spiritu per-
currerat & substiterat, notante A. Gellio. Primum quo, qui cete-
ros anteverterat, ornabatur, erat corona oleagina. Romani
suas jactabant coronas, oleaginam, quo decorabantur ii, qui tri-
umphum procurabant, utut ipsi prelio non interfuerint: mura-
lem, cuius insigne muri pinnacula, qe ab Imperatore illi assigna-
batur, qui primus hostilem murum subjisset & per vim conscen-
disset: ovalem myrteam, qva ornabantur Imperatores, qui ur-
bem ovantes (ovatio minor triumphus erat) ingrediebantur:
navalem, cuius insigne navium rostra, qd illi dabatur, qui in pre-
lio maritimo in hostium navim primus vi armatus influisse: ca-
strensem, valli insignia habentem, qe tribuebatur illi, qv primus
in hostium castra pugnando introisset: civicam e fronde
querua, quam civis civi a quo servatus esset, in primum vite &
salutis percepte dare solebat: triumphalem, queam illam quae Im-
peratori ob triumphum mittebatur: deniq; obsidionalem, quam
liberati obsidione dabant Liberatori suo, gramineam, ex illo con-
fectam granine, ubi cives obsidione liberati essent. Sed & Reges
gentium suas habent coronas, qvarum socia est invidia, nutrix
vanitas, gloria superbia. His opponit Servator Coronam corruptioni
minime obnoxiam, qdam sacraliter inde vocant coronam justitiae
& vita. Hanc qui cupit, teneat oportet quod habet. Id alterum
est. Naturapeccatum habemus & damnationem. Per gratiam
CHRISTI justitiam obtinemus & salutem. Hic thesaurus custo-
diendus est. Non enim minor est virtus quam querere parta
tueri. Cum Augustus Imp. audiisset, Alexandrum Magnum natum
annos triginta duos, postquam plerasq; mundi regiones per agras-
set, dubitasse, quid reliquo vita tempore esset facturus, demira-
batur

batur, si Alexander non judicasset majus opus, bene gubernare partum imperium, quam amplam ditionem comparasse. Nihil juvat Christum accepisse, nisi operam demus, ut, que semel fide purificata est, bonam conscientiam adversum Diabolum militem veterani, astutum, impudentem, fortem, ejusq; confederatos mundum & carnem constanter tueamur. Circuit ille, verba sunt gravissimi Patrum Cypriani, nos singulos & tanquam hostis clausos obsidens muros explorat, & tentat, an sit aliqua pars murorum minus stabilis & minus fidia, cujus aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illices, & faciles voluptates, ut visu destruat castitatem. Aures per canoram musicam tentat, ut soni dulcioris auditu solvat & molliat Christianum vigorem. Lingvam convicio provocat, manum injuriis lacecentibus ad petulantiam cœdis instigat: ut fraudatorem faciat, lucta opponit injusta: ut animam pecunia capiat, ingerit perniciosa compendia: honores terrenos promittit, ut cœlestes adimat, ostentat falsa, ut vera subripiat: & cum latenter non potest fallere, exerte atq; aperte minatur: terrorē turbidæ persecutionis intentans, ad debellandos DEI seruos inquietus semper & semper infestus: in pace subdolus, in persecutione violentus. *Huius hosti tam fraudulentio tam potenti prudenter & fortiter resistendum.* Arma quibus utendum, duplicitis generis sunt, alia, quibus nos tegamus, ne vulneri pateat locus, ut sunt thorax, balteus, scutum, ocreæ, galea; alia quibus repellitur & conficitur hostis, ut sunt gladius & anea tormenta. Hec quomodo adhibenda sint, Apostolus docet Eph. VI, 13. seqq. Assumite, inquit, universam armaturam, DEI, ut possitis resistere tempore adverso & omnibus confectis πάντα ἡρωεμένος αντεκεντειν αὐτούς state. State igitur lumbis circumcinctis veritate & induiti thorace justitiae: calceatis pedibus præparatione Evangelii pacis: Insuper assumto scuto fidei, quo possitis omnia jacula Satanae ignita extingvere: galeam etiam salutis recipere, & gladium spirituale, qvod est ver-

bum DEI, omni prece & supplicatione precantes omni tempore per Spiritum &c. Premiserat Apostolus hæc verba: Corroboramini in Domino & in potenti robore ejus. Frigida enim esset ad fortitudinem adhortatio, nisi manum ipse Deus porrigeret, imo, nisi ipse omnem virtutem nobis suppeditaret. Qui dicto modo per DEI virtutem pugnat & retinet fidem atq; conscientiam bonam atq; cum Servatore hic gestat coronam spineam, accipiet olim coronam SUAM. Hoc ultimum est. Futuræ enim sunt in caelo differentiae premiorum, sicut militum diversus splendor est, & alius decor Solis, alius Lunæ, alius stellarum: stella enim stellæ præstat decore I. Cor. XV. 41. Hanc rem præclare, ut solet, Augustinus explicat. Denarius ille æquivalens est omnibus quem Paterfamilias eis, qui operati sunt in vinea, jubet dari omnibus, non in eo discernens, qui minus & qui amplius laborarunt: quo utiq; denario vita significatur æterna, ubi amplius alio nemo vivit, quoniam vivendi non est diversa in æternitate mensura. Sed multæ mansiones diversas in una vita significant mansiones. Deus erit omnia in omnibus, ut quoniam Deus charitas est, per charitatem fiat, ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisq; etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet. Non itaq; erit aliqua invidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. De hac & charitate & claritate gratulamur VIR O Consultissimo Dn. HIERONIMO Kochi J. U. D. & Advocato Judicij Provincialis. Habuit ille per DEI gratiam fidem & bonam conscientiam atq; utramq; in mediis morborum gravissimorum paroxysmis retinuit defixis in Servatorem JESUM oculis mentis sue, cui mortuus vivet in eternum & nunc gaudet CORONA SUA. De Solduriis Cæsar sic scribit: Eorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitie dedicerint. Si quidvis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant, neq; abduc hominum memoria reperitus est quisquam, quicunque imperfecto, cuius se amicitie devovisset, mori

mori recusaret. Aethyptibus hunc morem suis se memorat Diodorus Siculus, ut si quando Rex aliqua parte corporis ex gravi causa debilitaretur, domestici omnes sponte sua eandem partem debilitarentur. Turpe etenim existimabant, rege clando non & omnes claudos amicos esse. Et quidem absurdum videbatur, cum vera sit amicitia, ex rebus adversis amicorum dolere, letati secundis, non & corporis quoq[ue] doloris participes esse. Quid si doctorum & domesticorum hec consuetudo apud Gentiles valuit, ut simul viveant, simul paterentur, simul morerentur, quid sinceris convenire Christianis putabimus, qui se Christo unicè deovererunt, nec alium quam CHRISTUM agnoscunt Regem? Nunquid detrectabimus CHRISTO mori & cum CHRISTO pati, qui persuassimi sumus, hanc iuravit crucis excepturam cuiusque gloriae nunquam terminande? Sed ad pie defunctum nostrum revertamur. Natus est anno MDCXXIX. XXVII. & regenitus XXIX. Januar. Patrem habuit Virum Amplissimum Dn. JOACHIMUM Koch / hujus urbis Senatorem laudatissimum, Matrem Fœminam primariam & ornatissimam SOPHILAM CLINGEN. Avus paternus ei fuit Dn. CHRISTIANUS Koch Camerarius & Senator Civitatis Gustrovienensis; Avia paterna MARGARETA Donsteins. Proavos Paternos habuit Dn. JOACHIMUM Koch & Dn. HIERONIMUM Donstein utrumq[ue] Civitatis Gustrovensis Consulem & Illustriss. Duc. MEG. Secretarium, & hunc iteratis vicibus ad Reges Gallie & Poloniae, quin & Italiae Principes Legatum dexterrinum: Proavas Paternas Annam Schütten / Dn. joachimi Schütten / Praefecti Gustrovensis & Schwanensis, ut & Senatoris Gustrovensis Filiam; & Elisabetham Klevenaw / Dn. Petri Klevenaw / Senatoris Gustrovensis Filiam. Proavus Maternus ei fuit Vir celeberrimus Dnt Bartholomæus Cling / Ictus & hujus Academia Professor, quin & Illustriss. Ducus Megapol. per ipsos quadraginta annos Consiliarius longè meritissimus, Dn. jacobi Clingen / Civis Confluentini in Archiepiscopatu Trevirensi primarii Filius: Avia materna Margareta Krons / sexus sui Corona splendadissima, Dn. Joachimi Krons Senatoris Rostochiensis clarissimi & Agnetæ Schmedes ex vetusta Smediorum prosapia oriunda Filia. Tanto natalium splendore

dore conspicuus nosfer p. d. & ipse studiis claritate eruditionis &
ritore virtutum eminere. Quanquam enim vix octo septimanarum
infans Patrem, & tertio atatis anno Matrem amiserit, vel pra-
misericordius singulariter tamen & laudanda cura Tutorum primum
Viri Amplissimi Dn. Hieronymi Koch Senatoris Rostochiensis, &
post Consultissimi & Excellentissimi Dn. D. Reinholdi von Sch-
ren nunc Civitatis Rostochiensis Syndici meritisim effectum est,
ut voto & studiis responderit per divinam gratiam eventus. Traditus
enim mature fidelibus Praeceptoribus, ut in pietate & literis infor-
maretur, eam de se spem concitavit, ut p. d. Dn. Frater natu maximus
Vir Amplissimus & Excellentissimus Dn. Christianus Koch J. U. D.
Consil. Reg. & Dicasterii Pomer. Assessor gravissimus, Stralsundu evoca-
carit & informationi privatae Viri Excellentissimi Dn. Benedicti
Babrii, tunc Stralsundensis Gymnasi Rectoris, nunc J. U. D. & Se-
natoris Stralsund. commiserit. Factis feliciter fundamentis ad Aca-
demias contendit. Et primum quidem ad Academiam Francfur-
tensem, ubi annum cum quadrante exegit. Hinc Franekeram
concessit & in tertium annum ibi subsistens varia Juris publici &
privati Collegia & duas disputationes alteram de privilegiis stu-
diosorum publice, alteram de Regulis Juris privatim sub Professo-
rum & Doctorum Juris presidio habuit. Post Academias & urbes
Hollandie & Brabantie salutavit & lustrato tractu Rhenano Ar-
gentoratum concessit, ubiq; usus celeberrimorum ICTORUM informa-
tione studia Juris excoluit, & visa Basilea aliisq; Helvetiorum ur-
bibus, in Galliam lingue causa ivit & per annum Parisis commora-
tus est. Visis in Gallia urbibus & Provinciis nobilioribus quin &
salutata Sabaudia Grypis Valliam rediit, ibiq; apud predictum
Dn. Fratrem Juris studia publice opponendo & respondendo promo-
vit. Disputationem de successione ab incestato sub presidio Viri Ex-
cellentiss. Dn. D. Henrici Michaelis, tunc Prof. nunc Syndici
Stralsund. Clarissimi, Amici nostri honorandi publicè habuit. De-
niq; cupidine videndi Germania loca celebriora incensus Lipsiam
adiecit, ut florentissimi ICti Carpzovii manuductione uteretur.
Lipsia Dnesdam & Ratisbonam, ubi Comitia celebrabantur, ivit, &
per-

perlustrato Danubii tractu Viennam Hungariam usq; ad Turcicē
Imperii fines post Pragam aliasq; Germaniae urbes insigniores
nondum visas contemplatus Helmostadium concessit, ibiq; commora-
tus aliquandiu Juris studia promovit, donec Anno 1654. ad nos redi-
ret. Toto illo tempore quo peregrinatus est & nobiscum peractis
itineribus fuit, pietatem coluit principem omnium virtutum, idq;
operam dedit ut honestie viveret, neminem laderet, suum cuiq; tri-
bueret, bonam conscientiam retineret. Anno 1655. 29. Novemb. in
hac Academia Juris Doctor creatus matrimonio sibi eodem die jun-
xit Omnia Virginalia virtutum laude decoratissimam CATHA-
RINAM Rahnem / Viri Amplissimi atq; Excellentissimi Dn. HEN-
RICI Rahnem / J. U. D. & Prof. ut & Consistorii Ducatis Assessoris
meritissimi, Dn. Collega honoratissimi ex Conjuge dilectissima
ELISABETHA von der Lippem p.m. Filiam. Hoc conjugium ad exi-
guum quidem tempus duravit, at felix fortunatumq; pia concor-
dia, qvæ omnium in hoc statu honorum caput est, fuit, nec sobole
infœcundum. Videlicet enim pie defunctus ante XII. septimanas ex se
natam filiolam, SOPHIAM ELISABETHAM, cui vitam prolixam
& optutissima pietatis felicitatisq; incrementa precamur. Feria I.
Nativitatis Christi male habere cœpit ex variolis, qvibuscum pecto-
ris morbus conjunctus erat. Et quanquam ad summam in curando
diligentiam nihil reliqui fieret, frustra tamen fuere omnia. Qvod
cum noster o[mn]i p[ro]mulgatis anima adverteret, ad Jesulum, quem tota vita
in oculis & mente habuerat, se convertit, ejusq; benignissime volun-
tati se imitanda patientia resignavit, sicut hæc plenius in Funebri
Concione, D. V. explicabuntur. Cœlesti refectus est paulo quatri
duo ante beatissimum obitum, postqvam desiderium ardentissimum
erga divinissimum hoc viaticum expromisset. Ad extremam ho-
ram durante sensuum integritate scriptura dicta illustriora &
cantiones sacras, Mitten wir im Leben sein/etc. Wen mein Stund-
lein verhanden ist / etc. Herr Jesu Christ war Mensch und
Gott / etc summa attentione audiret & expressit, atq; sic interpre-
tes ardentissimas animam efflavit, atq; qvod omnium vere piorum
votum est, Salvatori suo redditus III. Jan. hujus anni, postqvam
vixisset

vixisset XXIX annos dem tis 24. diebus. Nullum autem dubium est,
quin præmatura hac Optimi Viri, Optimi Mariti, Optimi Generi
mors Amicis & cum primis Conjugi Soceroq; summū luctum attulerit.
Ceterum excedent DEO submissis animis, mortem piorum quie-
tem esse cum immarcessibili corona Romani eos, qui vivi virtute sibi
coronam parassent, eadem mortuos insigniebant, non illis tantum
diebus, quibus intus domi positi essent, quos septem fuisse in fune-
ribus indicavit Servius autor est, verum etiam eo die quo ad ro-
stra solenniter efferebantur. Neq; dubitandum, quin illis, qui bo-
num certarunt certamen, quibus coronam iustitiae repositam esse
omni exceptione major Gentium Apostolus docet, sit DEUS, simul
atq; quod naturæ debebant, morte exsolverunt, redditurus. Na-
strum est, Cives Academici omnium ordinum honoratissimi, mortem
quotidie meditari, hoc potissimum tempore, quo Cives Academie
hujus florentissimi corpus effertur, & Vidue relictae amicis con-
dolentia Christianæ affectum testari, nostramq; adversum inclite
hujus Academiae membra honoratissima ipsasq; adeo Familias cla-
risimas benevolentiam atq; observantiam representare, atq; ex-
equias frequenti conventu & praesentia nostra ornare. Quod ut faci-
atis, eo quo par est studio rogamus & sedulo hortamur. Videlicet num-
mum Imp. Ferd. II. in quo corona cum inscriptione: **LEGITIME**
CERTANTIBUS. In terra decertatis, in cœlo coronam
habebitis, His Chrysostomi verbis concludimus.

P.P. Rostochii XII. Jan. Anno M. DC. LVII.
sub Sigillo Rectoratus.

Conveniendum in templo Maria-
no hora prima.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77157049X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77157049X/phys_0013)

DFG

GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77157049X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77157049X/phys_0016)



mori recusaret. Et hyōpībus hunc morem fuisse nō
 Siculus, ut si quando Rex aliqua parte corporis ex-
 litaretur, domestici omnes sponte sua eandem pa-
 Turpe etenim existimabant, rege clando non &
 micos esse. Et quidem absurdum videbatur, cu-
 tia, ex rebus adversis amicorum dolere, letati
 corporis quoq; doloris participes esse. Quo
 domesticorum hēc consuetudo apud Gentiles va-
 rent, simul paterentur, simul morerentur, quid
 Christianis putabimus, qui se Christo unicē devo-
 quam CHRISTUM agnoscunt Regem? Nungā
 CHRISTO mori & cum CHRISTO pati, qui pe-
 hanc crucis excepturam nouicā glori-
 nande? Sed ad pie defunctum nostrum reverta-
 anno MDCXXIX. XXVII. & regenitus XXIX
 habuit Virum Amplissimum Dn. JOACHIMU-
 bis Senatorem laudatissimum, Matrem Fœminam
 ornatissimam SOPHIAM CLINGEN. Avus pa-
 CHRISTIANUS Koch Camerarius & Senator Ca-
 sis; Aria paterna MARGARETA Donsteins.
 habuit Dn. JOACHIMUM Koch & Dn. HIERONI-
 MUS CIVITATIS Gustroviensis Consulem & Illi-
 Secretarium, & hunc iteratis vicibus ad Reges
 quin & Italiæ Principes Legatum dexterrinum
 Annam Schütten/ Dn. joachimi Schütten/
 ensis & Schwanensis, ut & Senatoris Gustrovi-
 Elisabetham Klevenaw/ Dn. Petri Klevenaw/
 viensis Filiam. Proavis Maternus ei fuit Vir
 Bartholomæus Cling/ Jctus & hujus Academus
 & Illustris. Ducus Megapol. per ipsos quadragi-
 riū longè meritissimus, Dn. jacobi Clingen/ C
 Archiepiscopatu Trevirensi primarii Filius: Ag-
 gareta Krons/ sexus sui Corona splendadissima
 Krons Senatoris Rostochiensis clarissimi & Ag-
 vetusta Smediorum prosapia oriunda Filia. Ta-

A 3



the scale towards document

031

Serial No.

TE83

Image Engineering Scan Reference Chart

100

mm

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10